

**Gratulatio in sacros  
magisterii honores quos  
divinâ sic disponente  
gratiâ r...**

Albogius, Justus Erici,

*1 Ic 1664 Cygnelius, ?Olaus (var. b)*



National Library  
of Sweden

GRATULATIO

IN

12

SACROS MAGISTERII HONORES

*Quos*

Divinâ sic disponente gratiâ

RECTORE MAGNIFICO

*Consultissimo & Clarissimo VIRO*

DN. M. AXELIO KEMPE, Hist.  
& Phil. Practicæ Professore Publ. celeberrimo.

DECANO FACULTATIS PHILOSOPHICÆ

*Spectabili atque Clarissimo Viro,*

DN. M. ANDREA THURONIO Phys.  
& Log. Professore ordinario.

Promotor

*Reverendus & Clarissimus VIR*

DN. M. PETRUS AND. BERGIUS;

Lingvarum Græcæ & Ebrææ Professor  
ordinarius.

*In Regiâ Aboënsi Academia, die 24. Maji Anno  
1664 publicè solenniterq; conferebat*

*Prestantissimo Viro-Juveni*

DN. OLAO B. CYGNELIO

Wermlando, Fautori & Amico meo

honoratè dilecto.

A B O A.

Excudebat PETRUS HANSONIUS Acad. Typ. 1664

Præstantissime Dn. CYGNELI,

**R**

Erunt magistra experientia haud minus ac varia veterum Scriptorum monumenta luculentissime comprobant, ut qui populum aliquem bello domasent victoriamq; adepti fuissent, reditum in patriam dulcissimam Triumpho adornare curaverint. Nam & milites lauro & qui pompam procurebant, oleâ caput incinxerant, Victores conspicui populo essent, qui omnia plaususq; exciperent. Exercitus cum signis sequebatur, & vario cantu ad spectaculum invocabat cives. Quod illorum institutum non modo memorabile, sed & laudabile prorsus salutatur; quippe Marte atroci lares paternos defendebant. Verum hoc nihil obstante, singulari ac præcipuâ laude digni videntur, qui in consequendis egregij facinoribus (quæ, sicut anima immortalia, illa vero caduca) multiplex studium posuere, tum ij præsertim, qui veluti majore quodam Numinis afflatu percussi, omnem ætatem, omnem operam & industriam in assequenda honestarum artium scientia, collarunt, adeo ut Excellentissimorum Virorum consensu, bonorum omnium applausu brabeum reportarint. Hoc tibi, mi CYGNELI, nunc occurre-

*s ingenij*

*161*

*1001*



studio, hic de ingenii vilitate blaterat: Ast ho-  
rum ego nihil moror malitiam, quorum lingua  
venenata nihil magis per omnem latè morta-  
litate, quàm famam innocentis arrodere  
dicit. Accendebat, inquam, amorem nostrum  
modestia tua; grata præterea mens, ansam a-  
nimi declarandi oblatam negligere vix ne vix  
potuit. Capis nunc tandem Magisterii infi-  
gnia, nec immerito; siquidem non foco pater-  
no, aut tabernæ domesticæ adfixus es, nec  
fortunæ melioris incuriosus. Sed varias  
mundi plagas peragrasti, in erudito sapien-  
tiæ pulvere sudasti, quo miriores demum hæ  
redirent fortunæ vices. Audis olim apo-  
phtegma illud Servatoris nostri: euge serve bone ac  
fidelis, super pauca fidus eras, super multa te consti-  
tuam. Illâ Divinæ remunerationis largitate fretus, stu-  
dia quæ felici auspicio orditus es, in posterum torpere  
haud sinas: ad altiora vero faventibus fati emerge.  
Sic divinæ clementiæ gloriam, Patriæ fructum, Paren-  
ti nunc feni solatium, propinquis & Amicis gaudium  
ac commodum, tibi metipsi nominis immortalitatem,  
paries & præstabis. Deniq; post hæc fragilitatis & ca-  
ducarum rerum blandimenta, triumphans cæli chorus  
inmarcessibilem capiti tuo coronam imponet, ubi  
inter angelorum gaudia nullum visurus finem. Hisce  
ergo in tesseram condidioris adfectus obiter prolatis  
supersedeo. Caterum vale, & ut capisti, fave.

*Tui studiosissimo*

JUSTO E. ALBOGIO.

*Mens certa est incerta die. Non ignota nulli,  
extremam grave quam hider esse potest.*